(9)
181

Nos Conſul et Senatus Ciuitatis Buduicenſis

in inclyto regno Bohemiæ ſitæ, Notum facimus tenore præſentium omnibus et ſingulis, ad quoscunq; hæ lræ noſtræ patentes peruenerint, et quibus eas legere, uel alio legente audire contigerit, ad petitionem Ill.mi Hyſpaniarum legati etc nec non interceſſionem Reuerendiſſimi et Ill.mi Domini Dni Antonij Archiepiſcopi Pragenſis etc ac Illuſtris et Magnifici dni domini Wratiſlauij a Pernestan ſupremi Regni Bohæmiæ Cancellarij etc cum conſenſu Capituli ordinis prædicatorum ſuper ea re ſolenniter habito, ac in præſentia ſupremi per Boiemiam eius ordinis prioris habitantis in Vrbe Pragenſi ad Diuam Agnetem, conceſſiſſe nos et donaſſe Ill.mo Hyſpaniarum Legato, duo capita ſanctarum Virginum ac Martyrum e Societate Diuarum Vrſulæ et Cordulæ uirginum, quæ a maioribus noſtris reuerenter ſunt habita et aſſeruata ad noſtra uſq; tempora, in monaſterio noſtro, quod Sereniſſimus et potentiſſimus Rex Bohemiæ in ordine V. Ottagarus, eius nominis .II. fundauerat et dotauerat. In quorum fidem et teſtimonium haſce literas Sigillo noſtræ Ciuitatis muniuimus, quæ datæ ſunt Buduicij Anno Salutis humanæ Milleſimo quingenteſimo Octuageſimo, die menſis Januarij XV. qua ante annos CCCL Ottagarus I. Rex Bohemiæ diem ſuum obijt. ac in arce Pragenſi in templo Diui Viti regia pompa ſepultus eſt.

ARQUIVO HISTÓRICO
CULTURA
SANTA CASA
Misericórdia de Lisboa

13.

Testimonio de dos cabeças de las once mil virgines que me dieron los de la ciudad Budwaiz en Bohemia

Vigesimo quinto

75

ARQUIVO HISTÓRICO
CULTURA
SANTA CASA
Misericórdia de Lisboa